

**Feststellungsprüfung zum Erwerb des Latinums**

**In aller Bescheidenheit: meine eigenen Leistungen**

*Im Rückblick zählt Cicero die besonderen Taten auf, die er – nach eigener Einschätzung – während seines Konsulats vollbracht hat.*

Ego senatum et omnes bonos metu legis agrariae (1) liberavi.

2 Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigavi.

Ego provinciam Galliam exercitu et pecunia instructam,

4 quam cum Antonio commutavi, deposui.

Ego Lucium Catilinam interitum urbis palam molientem (2) egredi ex urbe iussi,

6 ut ab eo, a quo legibus tuti (3) non esse poteramus, moenibus tuti (3) esse possemus.

Ego faces (4) iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi.

8 Me Quintus Catulus patrem patriae nominavit.

Hic vir clarissimus civicam coronam mihi deberi a re publica dixit.

10 Atque ita est a me consulatus peractus,

ut semper in rostris (5) curiam, in senatu populum defenderim,

12 ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem (6) cum senatu coniunxerim.

Exposui breviter consulatum meum.

<b>Angaben:</b>	(1) lex agraria, legis agrariae <i>f.</i>	= das Ackergesetz (zur Landumverteilung)
	(2) moliri, molior, molitus sum	= planen
	(3) tutus, a, um esse ab + Abl.	= geschützt sein vor jemandem/etwas
	(4) fax, facis <i>f.</i>	= Fackel
	(5) rostra, rostrorum <i>n.</i>	= die Rednerbühne (auf dem Forum)
	(6) ordo equester, ordinis equestris <i>m.</i>	= der Ritterstand

*Textbeleg: In Pisonem 4-8 i.A.*

*Umfang: 109 Wörter*